

Samuel Bohl Lucas Bacmeister

Disputatio ... Pro Formali Eruendo Primum in explicatione Scripturae Sacrae ...


10 :

Rostochi[i]: Kilius, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770612288>

Band (Druck) Freier  Zugang





Cle - 1871¹ - 15.




1825

R
R

Nb

Recept wider die vberwiltigen
auf podagre.

- Recept.
- 1 Safran
 - 2 Casnarbaum O
 - 3 Brandwein.
 - 4 Mit der saft, d. m. d. r. n. u. p. l. a. s. t. e. n. b. r. a. u. f.
Lanag von viel die Saure



DISPUTATIO DECIMA.
PRO FORMALI
SERVENDO PRIMVM
in explicatione
SCRIPTVRÆ SACRÆ

Quam

D. O. M. A.

PRÆSIDE

M. SAMUEL BOHL

Gryphenberg. Pomeran.

*In Academia Rostochiensis publico Docto-
rum examini subijcit*

LUCAS BACMEISTERUS

Lunæburgensis.

*Habebitur in Auditorio majori ad diem 7. Octob.
horis antemeridianis.*



ROSTOCHJ,

Literis NICOLAI KILII, Acad. Typog.

Anno M. DC. XXXVII.

DISPUTATIO DECIMA
PRO FORMALI
ERVENDO PRIMVM
in explanatione
SCRIPTURAE SACRAE

Quam

D. O. M. A.

FR. ESIDE

M. SAMUEL BOHL

Gyphenberg, Pomoran.

In Academia Rostochensi publico Docto-

rum examine habita

LUCAS BACHMEISTERUS

Lanzburgensis

Habebitur in Aula horti in festo ad diem 7. Octob.

habeat antea in hunc



ROSTOCK

Libraria NICOLAI KILLII Acad. Typog.

Anno MDCCLXXII



N disputacionibus pro Formali jam propono decimam, in qua incidit, quod multum solet disputari de primo Evangelio, quod factum est in Paradyso post lapsum protoplastorum nostrorum, Anne illud referatur ad serpentes naturales vel ad Diabolum. Hujus occasione assumam jam primum vocem נשך & נשך

quæ de serpentibus solent usurpari, & videbo, numne apodicticè queam ex vi vocabulorum obtinere & demonstrare, in Genesi expresse etiam Deum alloqui Sathanam.

2. Placet autem primum vox נשך, cujus formale dicto esse *no mordit*, quæ significatio in Scriptura sacra satis frequens est, & solet usurpari de serpentibus, sicuti in lege Moisis legimus. Materialis significatio est *generatus est*. Forma quadrat, nam qui pecuniam dat foenori mordere solet illum cui dat, vel ipsa pecunia mordet & facultates ejus arrodit. Verum hæc satis clara sunt. Nam ex hoc respectu dicitur in lege לֹא תִשֶׁךְ לְאָחִיךָ. Noli mordere fratrem tuum i. e. noli usurare fratrem tuum & ut generalitas quædam simul involveretur dicit, כָּכָר וְשָׂרִיף וְכָפֵר נֶשֶׁךְ, quo ipso prohibetur omne illud, quo noster proximus facit jacturam.

3. Hinc nomen נשך expresse significans in Scriptura sacra usuram, unde in Psalm. 14. habitatio tabernaculorum Dei attribuitur ei, qui argento suo usuram non exercet.

4. Et non adeo inconvenienter hic ex Politica quaeretur Anne fas sit pecuniam suam dare foenori. In Scriptura sacra prohibetur, ut ex præcedenti thesi audivimus. In Ezechielis capite 18. dura verba leguntur, recensetur enim hoc opus inter pessima vitia, adeo ut addat Spiritus sanctus, Morte morietur sanguis, ejus sit super ipsum, & è contra commendatur filius hæc patris atrociam non

Imitans. Et in capite 22. inter exprobrationes extremae malitiae dicitur. *Tu sanus accepisti.*

5. Videtur tamen simul quaedam dari distinctio, nam Deut. 23. expressè ea nobis ob oculos ponitur. Et dicitur *Non mordebis fanorem fratrem, sed peregrinum ita mordebis.* Ergo distinguunt Judaei in Psalmo supra allegato inter objectum, quod si sit frater, illicitum est opus, si sit peregrinus, videtur esse licitum. Et sicuti aliquoties frater restringitur ad determinationem casus paupertatis, ita arbitrator, nec de extraneo simpliciter omnia esse accipienda. Verùm ut ut sit non decidam hunc casum, cum nimis multae distinctiones de virtutibus, de rebus, de Theologis de Mercatoribus post legem Moysi hanc rem difficilem reddere ceperunt. Sed quod intendebam principaliter ex hac voce *W* demonstrabo, quod in Genesi in primo Evangelio: ut vocabatur non tantum notetur serpens naturalis. Negari non debet, quod revera serpens naturalis in Genesi in actu fuerit interveniens. At hoc constanter nego, quod *Du wirst ihn in die Versen stechen.* *Du wirst ihn den Koyff jureten* intelligatur de serpente naturali. Deo ergo, agunt illa verba de Satana. Non desumam ex Epistola ad Corinthios, ex Apocalypsi ex Epistola ad Timotheum & aliis locis, quae probationes sapiunt Theologicas sed ex mea Philologia; Nam de serpentibus vel de *W* naturali usurpatur vox *W* quam jam praemanibus habemus, nunquam autem *W*, quod non significat *stechen*, sed aliud quid, quod statim in radice secunda demonstrabo.

6. Haec enim radix *depressum tenere in tenebris* significat formaliter. Hinc dicit Job: Ille audiet vocem meam, qui turbine me depressum tenere potest in tenebris, ut ita cogor tacere, nec ei contradicere. Ad hunc modum dicit David. *Dicebam certe tenebrae me tenebunt depressum in se, ut Deus me non videat &c.* at ecce frustra. Hinc deinceps recte devenimus ad dictum hoc egregium, ubi ego dico vi Philologiae meae. Ille contereret caput, i. e. Messias totum illud quod est in Satana principale & vim roboris habet depressum tenebit in tenebris. Quorum procul dubio respexit Spiritus sanctus, quando de Diabolo affirmat quod sit vitius carnis tenebrarum & alibi quamvis non tam evidentè, quod Christus

stus

stus dicitur venisse, ut destruat opus Diaboli; Opus Diaboli fuit ex potentia & opere principis mundi.

7. Mirum autem videtur, quomodo 'queat dici de Satana; quod ipse sit conculeaturus calcaneum eius R. optime, modo ad formam recurramus. Calcaneum Christi quid sit, Libens audirem ab aliis, verum felicitas illa mihi ex lectione librorum nondum contigit. Si calcaneum Christi sit pars Corporis per Synechdochen stans pro corpore Christi, Satan depressum illud tenuit in tenebris, tunc temporis, quando clamare necessum habebat, *Eli eli lammabafabbtani*. Et ratio esset diversitatis, quod pars corporis sit minus principalis, caput autem quod Satana est depressum pars principalissima; & dum occupatus erat Diabolus in conterendo ut ita loquar calcaneo, Christus ipse caput aeternis tenebris subiecit. Si autem calcaneus sint pii sive impii, certus respectus in tali alias non adeo necessario explicandi genere rem totam decidit. Quod autem ad meum institutum, sufficit dicere. Utróbiq; est *deprimere*, in Satana respectu capitis, in Christo respectu calcanei.

8. Et video ego, quam sub hoc calcaneo, si vocem $\Sigma\text{P}\text{Y}$ recte contempleris lateant, verum ea relinquo Theologis, tepetens nunquam esse proprium serpentum, ideo huic serpenti non per se, sed propter obsidentem antiquum Draconem competit denominatio, ita tamen, ut nec ego negem alia esse vocabula, quæ revera naturali illi serpenti attribui & possunt & debeant.

9. Et in materia hac adhuc aliquantulum permaneamus, assumo etiam vocem serpentis descendens à radice WID , cujus formale est *petiit profunda*. Sic dicitur in Genesi, de poculo Josephi, quod ex illo & bibit, & scrutando scrutetur, *damit er weisfaget*. Ille locus videtur aliquantulum obscurior, & videtur asfingi Josepho id, quod nec unquam in mentem venit, nec venire poterat: Ego sicum in hunc locum jam inciderim ex *regula rustica* modo explicandi Scripturam convenientissimo ita dico, poculum illud est, quo accurate scrutatur abscondita *Mein Herr/der Joseph probieret mit dem Becher die Redligkeit der Leute/welche ein verborghenes ding ist/ vnd versüchet ob sie auch Diebe sind/ er lesset ihnen raum/vnd erfahrt wie sie mit dem Becher umbgehen/ob sie ihn stecken*

o det nichy. Et solet hoc scrutari etiam sumi, pro modo quodam illicito, qui vulgo vocatur augurium. Ex hac forma fuit etiam nomen metalli seu aris, cum forma conveniunt propter naturam suam, quæ abscondita est subter terra, & quæ quaritur ut latens. Imo notat etiam in Ezechiele pudendum mulieris, quod abscondum manere debet. Ad quam formam respiciens Spiritus sanctus ita dicit. *Sic dicit Dominus Jhovah, eo quod effundit tuum pudendum, i. e. eo, quod tu illam partem corporis prostituis, quæ debebat esse maxime abscondita, & quia tu detegis nuditatem tuam in scortationibus propter amatores tuos, &c.*

10. Reliqua sunt mediate descendencia ab are, quare illis omis-
sis confero me ad vocem *W*, quæ significat serpentem. Dicitur autem serpens ab hac radice, quia ut textus notat, fuit callidus præ omni bestia, i. e. scrutans suo modo maxime profunda. Hic serpens dicitur incessisse erecto corpore, quod possum credere, dicitur etiam quod potuerit loqui, quod ego nego. Illud videmus ex determinatione pœnæ novæ, de hoc altum in Scriptura & ipsa ratione est silentium.

11. Et miræ ibidem est convenientia & etiam alternatio in serpente naturali & antiquo illo dracone, qui etiam ob calliditatem merito *W* dicitur. Nam in Genesi inter partes pœnæ etiam hoc erat. *Tu serpens edes terram.* In Esaia dicitur. *Serpenti tibus erit pulvis in terra.* Ex quo colligo, quendam typicum sermonem in Genesi simul occurrere, ob convenientiam horum serpentum serpens, naturalis neminem lædit, cum se pulvere reficit. In Esaia, Diabolus nemini nocet cum dicitur, quod debeat vorare terram. Nam sicuti etiam serpens naturalis recte dicitur *W*, eo quod profunda terra petere tenetur, ita etiam hic serpens antiquus semel detrusus de die in diem despectabiliores ut ita loquar suæ infamiae & dedecoris gradus descendens in æternum fit abominatio. Quis enim hodie est, qui curet Satanam, servus noster est, nostris subjectus pedibus, super cujus foramine nostri pueri ludere. Sic sane formale optime quadrat.

12. Et quamvis quandoq; certet & sane adhuc certo certabit cum suis angelis, tamen audiemus lætam vocem: Ejectus est draco ille

Alte magnus, serpens ille antiquus, qui vocatur Diabolus & Satanas.
Quod tempus præcise numerando, si non nos, certo tamen nostri
posterit de novo experientur.

13. Et cum sit de tempore, adhuc unum nomen Diaboli explica-
bo, quo vocatur Satan. Hujus radicij **שטן** formale est, in adversari-
do, quæ forma satis clare describitur nobis in Scriptura sacra, Descen-
dit hinc vox **שטן** significans adversarium & attribuitur, hominibus
& Diabolo. Angelis tribuitur etiam sicut angelus, qui cum Bileam
agebat expresse fatebatur se exivisse **שטן**, De hominibus, i. Reg. ii.
non semel dicitur, quod Salomoni **שטן** adversarium hunc vel illum
constituerit, De Diabolo res est manifestissima. Unde ut locum Jobi
præter eam, assumam Zachariæ de summo sacerdote. Josua ex qui-
bus multæ narrantur fabulæ charta indignæ.

14. Considerandum autem est, quomodo Satan suam imaginem
etiam imprimat hominibus. Nam sicuti Spiritus Dei vix sine ope-
rationibus suis in hominibus conspicitur, ita hic Spiritus excitat in-
hominibus odia, adversitates, invidiam, malevolentiam contra con-
scientiam, & quod pessimum est, cum **שטן** seu Diabolo hæc vox pro-
priissime competat, quo magis tuto adversatur, eo magis **שטן** dici
meretur. Hunc Germanicè non male dixerim *Den heiligen Teuffel*.
Partim enim ex ignorantia humana facit homines sævire in alios sub
specie recti, de quo Christus *Sie meynen sie ihun Gotte einen Dienst*
varan ubi etiam pro fundamento ponit ignorantiam, partim facit
simulare pessimos nebulones & ardelliones magis quam pios sancti-
tatem, sub ejus prætextu ipse adversari valet. At increpet hunc
Jhovah.

15. Ad alia digredientes videmus vocem Mannæ male capi à mul-
tis, quare etiam brevibus de hujus radice aliquid erit agendum. For-
male ejus est *exhibuit*, materialis significatio est *ad numerum exhibuit*.
Omnia descendunt probe quadrant, assumam ergo hoc in loco
tantum vocem **מנן** hæc vox non est Syriaca, sed pura pura Hebraica,
non est pronomen sed nomen. Syriaca non est, nam Syriacum de-
re quæ non dicitur **מנן** sed **מנ** non est Syriaca, nam quis credat
Israëlitas ex Egypto egredientes calluisse linguam, Dicat præcedit
in textu ipsos venisse ad desertum Schur, quod fuit Syriacum. Re-
spondeo

pondeo veniat Turca ad Sylvam vel nemus Rostochienſum, nunquam ibidem diſcet linguam noſtram, niſi habuerit ibidem homines, nam arbores & Saxa non loquuntur. Et quæ eſt argumentatio, cum expreſſe dicatur, eos tres dies non inveniſſe aquam nedum homines. Et ſi ex ſimilitudinibus talibus loqui velis & præſumptionibus, cur non potius וַיִּדְּבַר dicis eſſe Arabicum, cum & Arabibus hæc vox ſit nota, quamvis non in hoc caſu, quia etiam venerunt in Sinai &c.

16. Dico ergo, nomen eſt, quia forma probe quadrat, nam ſicuti ab אבנא voluit deſcendit אבנא pater; ita à אבנא deſcendit וַיִּדְּבַר. Nomen eſt, quia fæmininum ejus ejuſdem ſignificationis eſt uſitatiffimum à וַיִּדְּבַר enim formatur אבנא portio donum. Nomen eſt, quia contextus id docet. Et viderunt filii Iſrael, & dixit unus ad alterum, donum hoc eſt quia nesciebant quid erat. E. g. Ego male novi piſces, ſi offeratur mihi aliquis piſcis ignotus. Tunc non dico cancer, anguilla, halec, lupus eſt, ſed piſcis eſt, quia ego ignoro, num ſit vel ichneumon vel alius ignotæ ſpeciei piſcis. Sic ſi offeratur ſuccinum Ruſſico Perſico, non dicit, ſuccinum eſt, ſed donum, quia non intelligit, quid ſit. Sic in hoc loco Iſraelitæ, quia nesciebant nomen ſpeciei, dabant nomen generis. Unde & Moſes hoc acceptabat & dicebat. Hic eſt panis, quem dedit Jhovah vobis in cibum. Quibus verbis Genus probat & ſpeciem ſubingerit. i. e. *Diß Brodt iſt eine Gabe von Gott* &c. Quare nolo magiſtraliter de hoc diſceptetur, ſed una ſimplex ſententia ponatur & retineatur. Sicut etiam non prolixè de hac re diſputavit Rabbi Salomo alius egregius vetularius, cum dicit breviter. כִּן הִיא הַכֶּנֶת מִיֵּן הוּא כְּכֹוּ יִכְּן לַחֵם הַמֶּלֶךְ Alium autem quendam Rabbi Salomonem, quem Aben Ezra vocat Rabbenū forſan quia ante ipſius tempora vixit, audio. וַיִּדְּבַר habuiſſe pro pronomine. Sic enim Aben Ezra ſuper caput 16. Exodi. *Dicit Magiſter noſter Salomo, quod in lingua Iſmaelitica Man huh idem ſit quod Mah huh.* Veram refuratur ſtatim hic Salomo. In lingua Iſmaelitica i. e. Arabica hoc in loco מִיֵּן הוּא תְּרִגִּיסוּ מִיֵּן הוּא i. e. c. m. explico כִּן הִיא in lingua Arabica per pronomen, hinc non ſignificat, *Quid hoc ſed qui iſte.* Nam verba ſunt Aben Ezra וַיִּדְּבַר nunquam cadit niſi in hominem. Et tandem mecum unam ſententiam veram defendit. Quæ cum clara ſint ſtudio omitto.

17. Placet

17. Placet etiam radix רנש / cuius formale dico esse *reliquus fuit*.
Hac forma materialibus late patet & multis immergitur, adeo ut
quod ex voce רנש patet, etiam mediate aliquid alicujus queat
esse reliquum, imo per asperionem sicut de hac re infra latius dicitur.

18. Descendentes voces recte quadrant cum forma רנש signi-
ficat reliquias sic & רנש / de quibus cum nulla sit dubitandi ansa
non multa dicam. Sed assumam רנש quod explicari solet per car-
niem. Superior autem significatio est, *in reliquiis* vel mediatis vel im-
mediatis carnis. Unde in gradibus prohibitis saepius ejus fit mentio,
cum fundamentum sit prohibitionis. Ad quos cum jam obiter de-
volvar eos hic subnecto. Dico ergo infra nominanda personae ma-
trimonio jungi nequeunt, i. Pater, mater, uxor patris seu noverca,
Soror vel germana, vel comprivigna, vel omopatria, vel uterina,
filia filii, filia filiae, Soror patris, soror matris, frater patris, ipsius
uxor, uxor filii, uxor fratris.

19. His annumeratur etiam aliud, quod non tam firmo vinculo
ex copularis quam copulandis sequitur, nempe *mulier cum filia ejus*,
cum *filia filij* eius, & *filia filij* ejus, item *Soror super uxorem*, uti nota-
ter dicitur לצור quae ideo volui jam exprimere, quia in aliis libris
juxta arborem, comprivigni etiam si novus partus actu intercesserit
copulari queunt, quod falsum est.

20. Hoc רנש est mediate & immediate in hominibus quamvis
mediate illam cognationem Jure Consulti non videantur simplici-
ter admittere, tamen verissimam eam esse docet versus undecimus
capitis 18. Levitici, ubi comprivigna mea vocatur expresse Soror
eaeque; non civilis, quod quivis ibidem videt cum ratio debeat esse illi-
citi matrimonii, sed vera quae cum comprivigno in eo casu conjungi
non potest matrimonio. Sed de his specialem tractatum conscribo
in quo omnes difficultates solvam, tam ex lege divina, quam ex ratio-
nibus ex professo thesin meam confirmabo, cum prima disputatio
quae erat nona id pro ratione thesium non admittebat, quod alia ex-
aminarentur ex fundamento.

21. נר radix significat formaliter *vovit* hinc נר votum, quae
facilis radix facile pateretur, ut ad aliam transiremus, nisi primo ad-
huc obstatet dubium legis in Num. 30. Dixi nuper in Disputatione
publica

publica in lege in eodem contextu unum & idem non repeti extra ratiocinationem, causam, & ad iuncta connectenda, item genericam naturam, Verum jam videtur de votis venire contrarium, nam de conjugate dicitur v. 6. 7. quomodo votum ejus sit ratum, quomodo etiam irritum in versu. 11 & 12 & 13. videtur idem repeti. Nam ita dicitur in his, *Si in domo viri ejus voverit &c. & audiverit vir ejus &c.* supra de viro idem dicitur. Respondeo, dubium hoc non est dubium, nam infra agitur de vidua & expulsa, supra de actu maritata. Sic semper præcaveri debet tautologia in eodem contextu. Et hic obiter dico, multa adhuc alia sunt notatu digna axiomata, quæ nisi recte à legis peritis cognoscantur, lex nunquam rectè potest explicari. Talis generis est, in lege non est כוונתו / quod si verum sit, mille errores video. Deus promoveat studium linguæ sanctæ, ut lex rectè explicetur.

22. Et cum jam in lege verser dum paginas aliquot retro numero, video & lego Pharaonis magos loqui de digito Dei. Antehac ego Deo proprie attribui manus, oculos & aures, non corporales sed formales, ut me satis superq; explicavi. Jam tribuo eidem etiam proprie digitos & digitum. Hoc jam declarabo. Dico ego primum, Formalo ejus est INFICERE. In einem Dinge etwas thun und sehen lassen. Hæc est vera forma, quam Germanicis verbis rectius explicare possum. Materiales significationes variæ sunt, sed tales, quæ rectè ad hanc formam redigi possunt, significat enim coloratum ein gefärbetes / nam res colorata in colore conspicitur. Einen Raben sehe ich in seiner schwarzen Farbe / kan ich das schwarze nicht sehen / so sehe ich auch nicht den Raben. De hoc legimus Jer. 22. v. 9. quod hæreditas alicujus vocetur צב צבי avis colorata, quæ invaditur ab omnibus aliis, sicuti videmus id fieri in upapis, & aliis avibus exosis ululis &c.

23. Verum quæ de colore dici possunt, ea omnia rectissime, ut quivis videt ad communem formam rediguntur, unde & viperæ mali vermes ex colore suo צב צבי dici legimus.

24. Transeant hæc & conferamus nos ad intentionis nostræ directam executionem, digiti videlicet Dei explicationem. Primum dico, Revera in Scriptura sacra tribuitur Deo digitus, Dicitur enim lex Moysi esse scripta digito Dei, & coram Pharaone nominant etiam digitum

digitum Dei. Hoc proprie & non improprie fit. Tu enim tum hæc legis, non debes respicere tuos quinque curvos digitos, sed formam significationis & proprietatem linguæ, digitus Dei ergo est, illud in Deo, damit er etwas ihur vnd sehen leß. Hinc in Psalmo octavo dicitur de opere digitorum. Sicut enim, quod rudi exemplo ex humana conditione desumpto declarabo, manus mea per digitos sese exerit, ita manus Dei per digitos vel digitum creavit omnia. Et placeat veneranda antiquitas, quæ Luthero occasionem dedit sic canendi de Spiritu sancto. Du bist mir Gaben siebenschalt/ der Finger an Gottes rechte Hand. Nam quando contemplamur opera Dei, ita videmus ea esse comparata, ut digiti Dei, quem jam ex antiquitate Spiritum sanctum vocabo, magna habeatur ratio. Ad Patrem nemo venire potest, nisi filius traxerit ipsum, si illum nemo vocare potest Dominum nisi per Spiritum sanctum. So ist ja der Heilige Geist der selbige / in welchem oder durch welchem wir Gott ehren. Quæ omnia sana sunt, & ex visceribus linguæ desumpta, tum ipse Deus per hunc digitum multa facit. Et Christus Dæmonium ejici palam factus batur per digitum Dei, i.e. per Spiritum sanctum, nisi mavis dicere per robur Dei, quod parum me impedit, quo minus tamen forma mea maneat integritas. Et quantum lateat in eo, quod lex scripta est digito Dei, vix à me concipi potest nedum exprimi. Quo respectu in ea consideratione lex vocetur litera & opponatur spiritui, quæ omnia altioris sunt indaginis nec meum concernunt formale.


25. Quare & his omissis considero humanos digitos, quibus formale supra datum aptissime convenire deprehendimus. Per digitos manus nostra apprehendit, tenet, ope digitorum abjicit & projicit, & quid quæso manus mea facit sine digitis. Et ut digrediar ad digitos pedum, non credo, quod homo sine digitis istis recte queat uti pedibus, sic convenit formale à me supra datum, sic patet, linguam sanctam puram esse & omnia ad unum idemque ferre. Caveat autem sibi Lector, ne in hoc disputandi genere infimum & ultimum primo loco sumat, & ex conditione humanorum digitorum ארבעה Dei loqui præsumat. Ex quo puncto malevole, impudentissime, & contra conscientiam à quibusdam delatus sum apud rudes, & hæc audientes transverso pollice crucem frontis suæ imprimentes.


26. Ad-


26. Addam etiam pro conclusione hujus disputationis egregium aliquod nomen Messiae, quo vocatur Zemach. Hujus formale est ortus est. Materiale crevit dicitur autem tam de nascentibus ex terra, quam de plumis & pennis avium. In specie autem egregia est significatio, quod sumatur quandoq; pro futurum esse, & quidem ita, ut in hominum potestate id non situm esse simul determinetur. Ex quibus alia etiam deduci possunt, cum ad materiam resq; eas Propheticas, in quibus haec vox occurrit respicimus. Verum jam properamus ad nomen Messiae Zemach.



27. Hoc nomen competit Messiae & respectu humanae naturae, & respectu divinae naturae. Respectu naturae humanae dicitur Christus Servator noster Zemach, quia ex Davide ceu furculus ex radice est ortus, unde bis vocat eum Jeremias Zemach, quem simul in utroq; loco vocat Jhovah Zidkenu, quia hoc germen justum vel justitiae institiam debebat facere in mundo, & salvare eos qui metu mortis servi erant per totam vitam, &c. Respectu divinae naturae dicitur Zemach, quia a patre, ut ita loquar, est ortus. Unde dicitur in Esaia Zemach Jhovah, cui ibidem opponitur fructus terrae, quantum video relatus ad humanam naturam. Verum jam prohibet id fusius declarare angustia chartae. *Pura in subsequentibus,*











...endam faciebant. Sic prae textus pietatis poterat esse edificare
 ...celis, & in iis sacrificare Deo omnipotenti, hinc optime D. Augustinus
 ...therus: Und die Kinder Israel schmücketen ihre Sachen wider
 ...n Herrn ihren Gott / die doch nicht gut waren / nemlich daß sie
 ...nen Höhen baueten in allen Städten / beyde in Schloßern und
 ...ten Städten/ etc.

22. Memini me supra prop. fuisse sub radice רַחֵם / impuden-
 ...e vocabulum, huic oppono merito aliam vocem, sub qua inci-
 ...nter etiam in fine de pudore agam. Radix רַחֵם pro formali si-
 ...nificatione habet quasi vit, sed in hac forma expresse continetur
 ... Job. cap 3 מַשְׁמַרְיָם / qui mortem magis sollicite
 ... iam ipsos thesauros quae in terra sunt exploratores, &
 ...zentes statum te... hae sunt clara.

23. In signific...
 ...odo forma q...
 ...edium pro...
 ...foderunt...
 ...i fod...
 ...1...

...ex oppo-
 ...es homines,
 ... queritur ibi-
 ...do & crassitudo
 ...t. E contra רַחֵם fo-
 ...t, illi frons quasi per-
 ... quo alibi ob revelatio-
 ...probrum, ita hic רַחֵם ob
 ...orum malorum, qua id etiam

25. Multa essent de hoc pudore dicenda, verum progredien-
 ...m erit jam ad alia, ut modo eo citius hoc scrutinium absol-
 ...tur.

26. Jam ad רַחֵם cujus formale dico esse consuluit. Forma haec
 ... expresse

